

Order of Saint Lazarus: Primary sources

Edward III, King of England. Letters Patent confirming the privileges of the Order in England dated 26th April 1343

- Transcribed in: Pièces Justificatives [doc. no. 17] in Gautier de Sibert. Histoire des Ordres Royaux, Hospitaliers-Militaires de Notre-Dame du Mont Carmel et de Saint-Lazare de Jérusalem. Imprimerie Royale, Paris, 1772, p.ii-iii

26.iv.1343	Edward III, Kng of England	Letters Patent confirming the privileges of the Order in England
------------	----------------------------	--

xxiv

Pièces justificatives.

N.º 17.

Rotu. Scaca. ann. xviii. Édou. III. term. Pascha.

*LETTRES PATENTES d'Édouard III, roi d'Angleterre,
confirmatives des privilèges accordés en Angleterre à
l'Ordre de Saint-Lazare.*

Du 26 avril
1343.

REX Thesaurario & Baronibus suis de Scacario, salutem. Cum celebris memorie Dominus Edwardus nuper rex Anglie pater noster, de gratia sua speciali, & pro eo quod Ordo Sancti Lazari de Jerufalem in Anglia fundatus extitit super leprosis & militia ad propugnandum hostes Crucis, per breve suum de magno sigillo suo mandasset tunc Thesaurario & Baronibus suis de Scacario, quod Magistrum & fratres Ordinis predicti & successores suos de decimis, tallagiis & aliis contributionibus quibuscumque; tam pro tempore tunc preterito quam futuro, erga dictum patrem nostrum exonerari & quietos esse facerent, nosque dictam gratiam eisdem Magistro & Fratribus per dictum Priorem nostrum sic concessam volentes continuare, per diversa brevvia nostra sub magno sigillo nostro mandassemus Thesaurario & Baronibus nostris de Scacario supra dicto, quod ipsos Magistrum & Fratres de hujusmodi decimis, tallagiis & contributionibus tunc concessis & ex tunc concedendis exonerari & quietos esse facerent, juxta tenorem dicti brevis ipsius patris

Pièces justificatives.

xxv

patris nostri, sicut per inspecionem rotulorum Cancellarie nostre nobis constat; qui quidem Magister & Fratres, virtute mandatorum predictorum, de omnimodis hujusmodi decimis, quintisdecimis, tallagiis & aliis contributionibus quibuscumque, tam tempore dicti patris nostri quam nostro, ad Scacarium predictum fuerint quieti & exonerati, sicut per certificationem vestram in Cancellariam nostram de mandato nostro missam est compertum; vos nihilominus ipsos Magistrum & Fratres pro omnimodis decimis & quintisdecimis nobis per communitatem & clerum regni nostri anno dicti regni nostri duodecimo & postmodum concessis, de quibus pretextu gratie & mandatorum predictorum quieti esse deberent, ad opus nostrum solvendum graviter distringi facitis, contra formam mandatorum eorumdem, superque nobis supplicarunt ut eis subvenire curemus de remedio oportuno, &c. Nos premissis debite consideratis, volentes eorum securitati prospicere, gratiose per litteras nostras patentes concesserimus, pro nobis & heredibus nostris, quantum in nobis est, prefatis Magistro & Fratribus, quod ipsi & eorum successores de omnimodis decimis, quintisdecimis, tallagiis & aliis auxiliis & contributionibus quibuscumque nobis per communitatem & clerum dicti regni nostri concessis, sive ex nunc concedendis, in perpetuum quieti sint & exonerati, juxta vim & effectum mandatorum & gratie predictorum, & prout iidem Magister & Fratres & predecessores sui de hujusmodi decimis, tallagiis, auxiliis ante dictum annum duodecimum quieti esse consueverunt, prout in litteris nostris patentibus inde confectis plenius continetur, vobis mandamus, sicut alias mandavimus, quod ipsos Magistrum & Fratres de omnibus hujusmodi decimis, quintisdecimis, tallagiis, auxiliis & contributionibus nobis per communitatem aut clerum dicti regni nostri concessis, ad Scacarium predictum exonerari & quietos esse faciatis, juxta tenorem litterarumstrarum predictorum; & si causa subsit quare id minime

d

xxvj

Pièces justificatives.

facere debeatis, tunc nos de causa illa in Cancellaria nostra sub sigillo Scacarii nostri dicti distincte & aperte sine dilacione constare faciatis, hoc breve nobis remittentes. Teste me ipso apud Westm. xxvj die aprilis, anno regni nostri Anglie decimo octavo, regni vero nostri Francie quinto.